

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

Wiegand, Wilhelm

Straßburg, 1879

847 - 856

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326693)

videri, quod abrenuntiet nefandus ille homo sæculo et jugi pœnitentiæ operam det omnibus diebus vitæ suæ. « nuper ad nos litteræ ». [nach 847.]

Aus F. Kunstmann Hrabanus Maurus S. 213 nach einer Freisinger Handschrift des 9ten Jahrh.; Wasserscheben Beitr. z. Gesch. der Vorgration. Kirchenrechtsq. S. 29 und 164 nach einer Wölfenbüttler Handschrift des 10ten Jahrh. — Will Reg. d. Erzbisch. v. Mainz VI, 3. Wegen des Hinweises auf Canon XX der Mainzer Synodalbeschlüsse von 847 nach diesem Jahre zu datiren. 5

27. König Ludwig der Deutsche bestätigt auf Bitte des Bischofs Ratold von Straßburg die von seinen Vorfahren der Kirche der heiligen Maria zu Straßburg ertheilte Immunität. 856 März 30 Frankfurt. 10

In nomine sanctæ et individuae trinitatis. Hludouicus divina favente gratia rex. si liberalitatis nostræ munere locis deo dicatis quiddam conferimus beneficii et necessitates ecclesiasticas per^a adpetitiones sacerdotum nostro relevamus juvamine atque imperiali^b tuemur munimine, id^c nobis et ad mortalem vitam temporaliter transigendam et ad æternam feliciter obtinendam profuturum esse, liquido credimus. proinde noverit omnium^d nostrorum 15 tam præsentium quam^e futurorum solertia, quia vir venerabilis Rutulfus^f episcopus Argenteratensis sive Strasburgensis¹ nostram adiens præsentiam detulit obtutibus nostris auctoritatem immunitatis domni et genitoris nostri Hludouici bonæ memoriæ piissimi augusti, in qua continebatur insertum, quod non solum idem genitor noster, verum etiam prædecessores ejus reges videlicet Francorum sedem ecclesiæ sanctæ Mariæ semper virginis, in cujus amore 20 et honore ipsa dicata est ecclesia, sub suo nomine et defensione cum monasteriis et cellulis sibi subjectis et rebus vel hominibus ad eam pertinentibus vel aspicientibus tam infra civitatem quam foras consistere fecerant, et eorum immunitatum auctoritatibus hactenus ab inquietudine judiciariæ potestatis eadem munita atque defensa fuisset ecclesia. sed pro rei firmitate 25 postulavit præfatus Gratulfus^g episcopus, ut paternum seu prædecessorum nostrorum regum morem sequentes hujusmodi nostræ immunitatis præceptum ob amorem dei et reverentiam ipsius sancti loci circa ipsam ecclesiam fieri censeremus. cujus petitionibus adsensum præbuimus et hoc nostræ emunitatis præceptum erga ipsam ecclesiam immunitatis atque tuitionis gratia pro divini cultus amore et animæ nostræ remedio fieri decrevimus. per quod præcipimus atque jubemus, ut nullus iudex publicus vel quislibet ex judiciaria potestate in eccle- 30 sias aut loca vel agros seu reliquas possessiones, quas moderno tempore in quibuslibet pagis vel territoriis infra ditionem imperii nostri juste et legaliter memorata tenet vel possidet ecclesia, vel ea, quæ deinceps in jure ipsius ecclesiæ voluerit divina potestas^h augeri, ad causasⁱ audiendas, vel freda aut tributa^j exigenda, aut mansiones vel paratas faciendas, aut fidejussores tollendos, aut homines ipsius ecclesiæ tam ingenuos quam et servos super terram 35 ipsius commanentes injuste distringendos nullasque redibitiones aut illicitas occasiones requirendas nostris vel futuris temporibus ingredi audeat, nec ea, quæ super^k memorata sunt, penitus exigere præsumat. sed liceat memorato præsuli suisque successoribus, res prædictæ

a) Grandidier om. per. b) Grandidier regali. c) B und C et. d) Grandidier add. fidelium.
e) Grandidier add. et. f) Grandidier Ratolphus C Rudolphus. g) C Rudolphus. Grandidier 40
Ratolphus. h) Grandidier pietas. i) Grandidier add. judiciario more. j) Grandidier telonea.
k) Grandidier supra.

¹ Ratold (Ratolf), Bischof von Straßburg, 840—874.